homínibus. Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.

DOMINICA XVII. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

OMNIPOTENS et misericors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde : ut mente et córpore páriter expedíti ℣ quæ tua sunt líberis méntibus exsequámur : Per.

Ad Magnif. Ant. j. toni.



NUPTI-Æ qui-dem parátæ sunt; sed qui



invi-tá-ti erant non fu- érunt digni. Ite ergo ad

éxi- tus vi- árum, et quoscúmque invené- ri-tis



vocáte ad núpti- as, di-cit Dóminus. Cant. Magní-



ficat. e u ó u a e.

DOMINICA XVIII. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

LARGIRE, quæsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem : ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis ℣ et secúra tibi mente desérviant : Per.